



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 8. Pertinax Polocratis felicitas quam tistem sortita sit exitum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](#)

& casuum varietas, quid doceat? 65

dith, vnde & debita & maritum solueret,
& vitam deinceps honeste sustentaret, tan-
tò utique iucundiorum, quanto è maioribus
procellis emerserat.

§. VIII.

*Pertinax Polycratis felicitas, quam tristem
fortita sit exitum?*

Sic ludens in orbe terrarum diuina sapien- Proū. 8.
tia, tristia laetis, laetaque tristibus permiscet; 31.
vt neque miseri desperent, neque felices in-
solescant, & contra Pindari præceptum,
Dij esse velint. τῶν γέ τοις βροτοῖς

Ἐκ ἐσιν ὑδεν διατέλεις ἐνθαυμονεῖν.

Siquidem uniuersis rebus in mortalium

Nil cōtinenter & undecunq; prosperum est.

Nam etsi caelestes omnia possunt, tamen fallit illud prouerbium: *semper feliciter cadunt Iouis taxilli.* Quanquam enim ita Deus quibusdam fauet, vt vel inuitos beare velle videatur, tamen neq; tunc est insoleendum. De Polycrate Samiorum tyranno proditur, (quod & Nazianzenus versibus complexus est) cum summa frueretur felicitate, admonitum ab Amasi AEgyptiorum rege, vt aliquo saltem, quamuis leui incommodo, tantā interrumperet fortunæ tranquillitatem. Annulum ergo in mare proiecit, quem ha-

Pindar.

Hymn. 5.

Olym-

piacon.

Euripi-

des in

Supplici-

bus.

Herodo-

tus lib. 3.

Sabelli-

cus lib. 7.

Aenead.

2.

E

bebat

66 Cap. III. *Fortuna instabilitas.*

bebat charissimum, eiúsq; iactura vehemen-
ter dolere videbatur. Paulò pòst piscator
quidam captum piscem Polycrati dono ob-
tulit, quo exenterato, ille idem annulus in
visceribus repertus est, quem Polycrates ab-
iecerat, quasi non posset esse infortunatus.
Sed nec illud ipsum quidem bonum omen
fuit. Quare ibi tunc Amasis Polycrati ami-
citiam renunciasse dicitur, cum apertè de-
prehenderet, fortunam, ad grauiores ca-
sus, eum referuare. Nec defuit euentus. Ab
Orœte enim Darij regis præfecto, in sum-
mo Mycalensis montis iugo, cruci affixus
est. Eò nempe vsq; Fortuna illum extulit,
quæ à Comicis initijs orsa, in fine paratra-
gædiaretur. *Fronti nulla fides.* Si venit, re-
nidente vultu, cogita, cū furore abituram.
Si, cùm alijs sœua est, tibi parcit; suspectam
habe clementiam: nam moræ usuram exi-
get. Est sæpe fauor Dei, mala euadere. Ma-
ius tamen diuini amoris indicium est tribu-
latio, quæm prosperitas. *Quoniam per mul-
tas tribulationes, oportet nos intrare in regnum
Dei.* Vnde, quem diligit Dominus, castigat.

A&t. 14.

21.

Hebr. 12.

6.

§. IX.

In aquas lapsa, feliciter redditæ.

Non tamen ita semper castigat, vt nullis
lætis